VIII. Caput:

Recordatus autem Dominus Noe cu:
nctorumq; animantium & omnium iu:
mentorum quae erant cum eo in arca
adduxit spiritum super terram: & i:
mminutae sunt aquae: et clausi sunt
fontes abyssi et cataractae caeli: et pro:
hibitae sunt pluviae de caelo. Reversaeq;
sunt aquae de terra euntes et redeuntes
& ceperunt minui post centum quinqua
ginta dies. Requievitq; arca mense se:
ptimo: vicesimo septimo die mensis su:
per montes Armeniae. At vero aquae
ibant & decrescebant usq; ad decimum me:
nsem. Decimo enim mense prima die
mensis apparuerunt cacumina mon:
tium. Cumq; transissent quadraginta
dies: aperiens Noe fenestram arcae quam
fecerat dimisit corvum. Qui egre
diebatur et non revertebatur donec
siccarentur aquae super terram.